eâdem infortunatâ arte naturam lædunt 3
a nostra humorum depravatrix cachexia.
Tumor qui extirpari postulat, ille est, qui folliculum
sibi composuit ita, ut materiam incarceret incoctam
suppurationis absolute incapacem. saccus enim ille
poros alimentitio succo magis distensos habet, hiatum
et gulam ampliorem: hinc fibræ laceratæ producu
ntur, novasque spargunt fibrillas, quæ uniuntur in
membranam continendæ materiæ aptam, variam
secundum partis, materiæ, et alimenti diversitates.
quæ cum neque naturæ ordine continetur, vel dispo-
nitur: in varias substantias transformatur heterogen
eas, prout in suis philtrationibus diversimode afficitur
et alteratur. hinc illa infoelix arca (pandori pixidis
similis) regurgitat malis. materia enim ista sive solida
sit, sive steatuosa: otiosa nimis et indolens, antipat-
iam fermentationi (quæ ipsam in pus concoquere
posset sola) semper habens, solidior econtra, et impacta
et crassa magis evadit. folliculumque sibi testudineo
passulum extruxerit, pro fundamentis habentem
extensa vasa: quæ ad instar radicum, ita loca vicina
percurrunt, et extenduntur; ut nisi extrahantur,
nunquam eorum finis optatus aderit. quâcunque
enim aliâ viâ, semper reditus novi tumoris imminet.
minimâ etiam ejus parte suppurationi resistente,
quæ armata magis est ad sanitatem via. cui obici foeliciter
extirpatio et securè sola medetur. sive folliculus sive
induratio et infiltratio, tumorem genuerint. ille enim
operandi modus extra etiam radices facile, et prompte
magis, ducit ~~chirurgum~~ ut illas extrahendo

fomitem mali tr ucidare, et succo nutritio ansam proten-
dendi tumoris possit tollere.

Tumor qui simplici aperturâ naturam ad sanita-
tis terminum conducit, ille est qui materiam habet a
sanguine diffuso spirituosâ et tenui parte spoliato, cujus
reliquum habitabiting rumos, corrumpitur; acorem vel
aciditatem contrahat quam sequitur effervuentia cum
salibus volatilibus et oleosis ejusdem sanguinis, cujus
augmentum, non solum calorem, sed et ardorem; prop-
ter motum materiæ expansum amplificat. majus spa-
tium fermentationi requiritur. pulsatio procedit a
compressione arteriarum, quarum motus arctatur. inde
vertitur in purem materies, ab acido quod semper domina-
tur ratione sui motus innati. inde albedo materiæ, et
illius suppuratio. tunc quæ fermentatione sedatâ, art-
eriæ spatium sufficiens reperientes, pulsationem fini-
unt. locus non tam amplus est. minuitur tumoris vol-
umen. materia proprio pondere circumferentiam
quærit. et peritus aperturam necessariam judicat
chirurgus. quia materia stagnat sine ullâ adhæsione
in loco ubi partes et ruptæ et fusæ, in liquorem alteran-
tem et corrumpentem, adventitium succum; homo-
geneumque sibi eum facientem. tunc, ut exitum habeat,
simpliciter aperire puris natura cogit artem, alio-
quin ipsamet (et si imperfecte) rumperet ad cuticul-
am usque; cum essentia liquorum sit effluere ubi
minor est resistentia. quâ materiâ absumptâ, et
haustâ: pars restitui potest in statu naturali a succo
alimentitio, et medicamento.

hic nunc quæritur, in extirpatione, et incisione,

quæ duplicia sunt. (cultro incidento scilicet et cauterio)
quinam sunt casus in quibus cauterium sit cultro
anteponendum, et quare?

In hoc duplici tumore, sæpe materia tam est indolens, heterogenea; suppurationis avara; sit etiam per novum alimentum, reduse novus folliculus, aut abcessus, (ut supra) sæpe etiam, materia alterata, a venene quod aer peste oneratus attulit, ab alimentis infectis, ab impudicis amoribus, aliis ve causis. Crudelis illa sanguineam massam ita turbat, et ab iotis infoelicibus malorum originibus quam primum liberari debeat, et ipsos ad superficiem ita pellere cito oportet, in circulatione ejus, ut nulla reperiantur obstacula reguliari. et eos ita incatenare, ut ipsorum malitia, in sede minus periculosa sistatur; locusque delitescentia tollatur.

In extirpandis tumoris immobilibus quæ ab infiltratione nascuntur, quid cultellus? qui residuam semper aliquam vel radiculam linquens, fontem matricem que novi mali? quid ipse in abcessibus planis, multum que expansis, a vitio liquorum natis? qui ad fundum rarissime sine periculo advenit, et si adveniat, partes quæ ab ipso nullo modo contusæ, prius ad cicatricem quam ipse foris ducerentur; saniemque sub pulchrâ cutis specie inclusam relinqueret. quinimó, ipse met ubi conque magis de curatione gloriatur, nunquam absoluta illi concedi potest, sine caustici alicujus auxilio propter laxitatem spongiosam partis regeneratæ quam solum restringere, et ad perfectam conducere potest cicatricem cauterium quantumvis exiguum.

6

Quomodo polypum, cancrum, broncocelem tam laté partibus gutturis infixeum; insuppurabiles? quomodo ranulam? materiam habentem viscosam frigidam et alios infiniti numeri tumores, solus evellere potuit cultellus? tot ipsum comitantibus periculis, quibus jungas destructionem frequentem motuum, et corporis sæpe mutilationem ab ipso uectam.

Cauterium é contra tantó pluris æstimandum est, quantó ipsum minora sequuntur incommoda minus, minus enim ab ægro quam ferrum incisorium timetur. cujus conque generis sit materia tumoris, sive matura, sive non; sive suppurabilis, sive non ab ipso felicius domabitur, et omninó consumetur. hemorragia nulla ui ejus astringente et deprimente reformidanda; nisi in uicinia magnorum uasorum, ubi eam promptiorem et majorem faceret cultellus, qui uasa hiantia et aperta relinquit unde sanguis nullo modo retinetur.

Venerium quod conque sit, a cauterio ad exstra uenire cogitur, delitescendique potentia ipsi tollitur. naturam enim habet unum ex nostris (potentiale scilicet) salis lixivialis, ideoque, uorat, destruit sales acidos. ipso enim posito, egrediuntur uapores ex arteriolis per poros cutis in aerem, ex quo pellunt materiam subtilem, quæ agitat particulas salsas, pungentes et teretes caustici; easque secum fert in cutim ejusque fibrillas disrumpit ita ut circulationes sistantur, pars emoriatur, tumor euanescat per